



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Evgenio III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

AB EVGENIO III.

HENRICVS MORICOTVS de Vico Pifanus, Cardinalis Sanctorum Neræi & Achillæi cuius Epistolam habes apud Radeuicum. Claruit anno 1159. Sanctique Bernardi & Arnulphi Lexouiensis ad eum leguntur Epistolæ.

AB ALEXANDRO III.

PETRVS CARDINALIS S-Chryfogni, Apostolicæ Sedis aduersus Albigenses hæreticos Legatus, cuius Epistolam habes apud Baronium tomo 12. Claruit anno 1178.

AB HONORIO III.

IOANNES COLUMNA Cardinalis S. Prædix scripsit Epistolam de Romanæ Ecclesiæ statu ad Otho- nem Cardinalem Angliæ Legatum quam habes apud Mathæum Parim. Obiit sub Innocentio 4.

AB VRBANO VI.

GALEOTVS TARLATVS de Petra-mala Cardinalis Tuscus, Epistolam scripsit ad Iacobum de Campofregosio, quam habes inter Epistolas procerum mundi.

AB INNOCENTIO VII.

IOANNES ÆGIDII Gallus, Cardinalis Leodiensis nuncupatus, cuius Epistolam habes apud Theodoricum à Niem. Obiit anno 1402.